

ARBOGASTVS ROMANORVN DVX.



Arbogastus natione Germanus ex Frâcorum celebri familia oriundus fuit. Is cû multis uirtutibus esset præditus, à fratribus Sonnone & Marcomaro Francorum regulis pulsus, ueriti ne ipse solus rerum potiretur. Is itaq; se ad Valentinianum Cæsarem cum exercitu in Gallijs existentem consultit, atq; Germanæ cohorti præfectus fuit. Eâ functionem cum magna gloria administraret, Valentinianus Cæsar eum militiæ Magistrum legit. Nam eo tēpore Romana uirtus degenerarat, ita ut Germanorum fortitudini & fidei res bellica rerumque summa committenda foret. Hoc modo & Stilico Vandalus Germanus in Oriente secundū Theodosium plurimum pollebat. Itaq; Arbogastus Valentinianum hortari cœpit, ut in Francos arma moueat, qui ex Gallia Belgica prædas egerant. sperabat enim Arbogastus se hoc modo de fratribus pœnam sumere, atq; paternā ditionem recuperare posse.